

miles prepositus, decanus et . . capitulum Cameracensis ecclesie cum debita recommendatione se ipsos.

Deus, cuius providentia in sui dispositione non fallitur, ex clara progenie catholicorum principum ad apicem imperialis celsitudinis vos erexit ad honorem sui nominis et fidei incrementum sueque ecclesie adversus malignantium incursus deffentionem et tuicionem. Quanta namque catholice fidei sinceritas in vestris predecessoribus claruerit, habet antiquorum fida relacio, prout experimenta et merita preteritorum et presentium temporum manifestant, que dona virtutum et gracie in vobis conservare et augere sperantur et merito, sicut et primordia felicium vestrorum successuum attestantur. Que attendentes nos vestri devoti servitores necnon devotionem, quam ad dictam ecclesiam Cameracensem predicti vestri predecessores abatenus¹ habuerunt et specialiter excellentissimus princeps dominus H(enricus) quondam Romanorum imperator, avus vester, fiducialiter prefatam ecclesiam et statum eius et personarum ibidem Deo servientium regali vestre maiestati recomendamus humiliter. Ceterum et si non condignum, sed quod possumus vestre magnificentie offerimus, unam missam ad honorem gloriose virginis pro salute et prosperitate vestra perpetuis temporibus annuatim penultima die Maii celebrandam et iam incepimus. Et cum vos de hoc seculo migrare contingeret, in die obitus vestri fiet officium defunctorum cum solemnitatibus ad hoc pertinentibus et consuetis distributionibus. In hiis enim et aliis in quantum nobis a Deo conceditur, preces pro vobis et felici statu vestri regiminis effundere decrevimus. Maiestatem vestram conservet altissimus in tempora longiora.

Datum Cameraci sub sigillo ecclesie nostre supradicte, anno Domini millesimo trecentesimo XLVIII^o, die prima mensis Iunii.

IX. Eine Lehnstaxenquittung.

Die urkundlichen Zeugnisse über die Lehnstaxe², die Gebühr von 65¹/₄ resp. 63¹/₄ Mark, die die Reichsfürsten bei ihrer Belehnung den Hofbeamten entrichteten, sind wenig zahlreich³. Nach cap. XXX der Goldenen Bulle

1) So or. 2) Vgl. Zeumer, Goldene Bulle S. 100 ff.; Buchner, Die Reichslehnstaxen vor dem Erlass der goldenen Bulle, Hist. Jahrb. XXXI, 1 ff. 3) Aus dem 14. Jh. kennt man an Urkk. nur den Schuldrevers des Bischofs von Minden 1309 (Const. IV, n. 333) sowie eine Petition des Bischofs von Lüttich 1313 (ebda. n. 1038), daneben